Lib. XXIX. Tit. I.

De Teſtamento Militis.

§.1. *Teſtamentum Militis* in expeditione occupati (etiam noſtris temporibus) valet *ſine ullâ ſolennitate*, absque teſtibus, quomodocunque voluerit,

Modò 1. *Animo teſtandi* dixerit,

2. *Certò dixiſſe conſtet*, quod probatur

vel 2. *teſtibus*

vel *ſcripturâ* quacunq; etiam notis factâ.

Miles in caſtris, non in conflictu, zu Feld und doch nicht im Streit / requirit 2. teſtes, Ordnung der Notarien 1512. vom Teſtam. §.2.

§.2. (1) *Subjectum efficiens* tale teſtamentum:

Miles in numerum relatus, in caſtris aut expeditione occupatus, etiam capitis damnatus

(niſi ob ruptam Sacramenti fidem.)

etiam mutus & ſurdus factus, ſi in numeris manet, ante cauſariam miſſionem.

Limitanei, *præſidiarii*, in *hybernis* conſtituti, olim ut alii, ſed hodie non, niſi pugna ſingulis momentis immineat.

Utiliter etiam *Concionatores*, *Conſiliarii*, Medici, & *Venalitiarii* caſtrenſes.

Imò & alii non milites in Caſtris morientes, it. periculo cuivis ſubjecti.

§.3.